

PROGRAMMA

negocium, cuius munus erit per seriem rerum gestarum, ac decora omnia prolixius ire, cum solis Titulorum indicibus adhaerere Orationem ego velim, è quibus haud aliter, ac ex unâ super lapidem ductâ lineâ pretium mille auri pondo statuit Artifex, cordati omnes tam nobile literarum, virtutisq; depositum facile aestimaverint, ut plausu exceptum Aeternitatis inferant scriniis, nullis temporum oblivionisve injuriis unquam exponendum. His autem meis conatibus, in majus defuncti ornamentum & superstitem solamen, aequos bonosq; advoco Summos Literarum Patronos, Patrie ac Reipublice decora, Academiae lumina, & ex civibus eos quibus erecta mens est, quiq; Virtuti pretium, ac meritis gratiam statuere norunt, ut exponendo publica venerationi magno Nomini faventes assurgant, meumq; obsequium, & benemerendi studium benignè interpretentur.

Hafniae M. DC. LXXXI, II. Januar.

WIL-